

Heinrich Northmeier


**AUTOSCHEDIASMATA.|| Jn honorem nuptialem virtute et do-||ctrina ornatissimi viri, Dn.|| VALENTINI TVROL=||DII, Ludi litterarij apud Got-||tingenses Cantoris fidelissimi.|| Scripta ab amicis.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1586

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1741699142>

Druck Freier  Zugang







100  
2806

~~A. Dd. 6~~

~~Heber V-5344~~

~~with 4 more //~~

69-2065 1-30

<SON>






Prox long he de la ed va

- 4 -









ΑΥΤΟΣΧΕΔΙΑΣΜΑΤΑ.

*In honorem nuptialem virtute & do-  
ctrina ornatissimi viri, Dn.*

**VALENTINI TVROLI**  
DII, Ludi litterarij apud Got-  
tingenses Cantoris fidelissimi.

*Scripta ab amicis.*



**ROSTOCHII**  
Typis Stephani Myliandri.  
ANNO  
CIC IC XXCVI.

18.



ATTORE ALABATA  
In hunc modum...  
Valentinus...  
Dilectus...  
...

Ex  
Bibliotheca  
Academiae  
Rostochiensis





ΑΥΤΟΓΕΙΔΙΟΝ.

A D

VALENTINVM TYROL-  
DV M Sponsum

HENRICI NORTMEIERI.



I quem fata sinunt annis melioribus  
viti,

Et petere optatam ridenti Sydere  
sponsam:

Quis Tyrolde neget, te vti melioribus annis?

Qui tum consilio, tum fausto Sydere, costis

Adiungis costam, qua te fortasse carere,

Cuius & auxilium fore iam tibi dulce, sciebas.

Multa super cumulas bona, quãuis sint mala iuncta,

Si quid Ephemerides vel in hac quoq; parte valebunt.

Sol etenim Astræ iam lustrat virginis astrum,

Idq; vel in medio, medium tutissima meta:

Ipse Aries lunam regit. Hinc tibi Cynthia vires

Suggeret, ut sponsum te ostendas corde valentem.

A 2

Virgo



*Virgo dies faustos, sed noctes Cynthia dulces  
 Efficiet, votis vis: in tua gaudia caelum,  
 Sic totum aspectu benè conspiravit amico.  
 Nec tamen inconstans turbabit gaudia Libra,  
 Quodq; venenato mox Scorpius ore sequetur,  
 Vt sua coniugium mala fert non pauca: Sed heus tu  
 Integro hac vita vinces conamine, quicquid  
 Libra, vel Arcitenens, vel Scorpius ingerit ater.  
 Tu confide DEO, ac firma spe nitere in ipso.  
 Gratulor ergo tibi, quod iam de caelibe sponsus,  
 Tot seducentes extingues fortiter ignes.*

A L I V D.

PAVLI TARNOVII.

**Κ**ίνησεν Ορθός ἡδὲ Ἀμφίων λύραις  
 ἤησι τήρας καὶ πέτρας καὶ ἔρπετα  
 καὶ πηλὰ, ἐξ ὧν δουλεύεις νῦν εἰσαΐ.  
 κίνησας ὦ Τύρολδε μουσικῇ τῇ  
 ἔ τήριν, ἔ πέτρην, ἀτὰρ καλῶ κέλευ:  
 κὰν πῦτο θάμβους ἄξιον μὲν μέιονⓄ,  
 ὅμως δὲ καρπῦ τέρψεώς τε πλείονⓄ,  
 ἐς ἔργον, ὡς κείνουσι πάντες ἔμφρονες,  
 φίλⓄ τε εὐχοντα. ἐν οἷσιν ὧν ἐγὼ  
 τὸν Δασεῶν παρένυμφον εὐχομαι θεόν,

τὸν



τὸν πικρὸς ἀραχτῶ ἐγγυήτω δαψιλῆ,  
πικρὸν τε καὶ δοτῆρα, σφῶν δόμον ἔυφορον  
καὶ ἡδυμον γάμον, ὡς ἴδητον ὄλβιον  
ζωὴν, τε παίδων παῖδας εὐθυλεσέτους.

## A L I V D.

SAMVELIS GERVESII.

**N**Vper ut in rosea Varni spaciabar arena,  
Est mihi cum Phæbo visa nouena cohors.  
Hos ego dum latus cupidis contemplor ocellis,  
Et noto quos dulces concinuere modos:  
Fit sonus à tergo, qualis solet esse columba,  
Cum metuens hostis rostra cruenta fugit.  
Respicio: strepitus neq; enim cessabat obortus:  
Absq; mora fugiens prateriisset auis.  
Ecce citis aderat delapsa per æthera pennis  
Fama, ferens Clario talia verba choro:  
Vestrum Pax seruat num custos sedula regnum,  
Otia ut in molli gramine quisquis agat?  
Non semper paci fidendum: pax quoq; fallit  
Sapius: exemplo vera probabo nouo.  
Qui modò vester erat miles Turoidius, illum  
In sua pellexit castra nocua Venus.

A3

Hunc



Hunc ego iurantem, sacras dum stabat ad aras,  
Vide, se Nympha velle in amore mori,  
Fœdere quam iunxit firmo, propriamq; dicauit,  
Quò teneat captum, Cypria diua, virum.  
Si quid fortè vales, quas gestas Phœbe, sagittis,  
Fac turbet meritis gaudia cœpta dolor.  
Sic ait. at Phœbus subridens talia reddit:  
Veranè tu falsis mista referre soles?  
Non nocet illa Venus, qua tales iungit amores;  
Sumimus hinc vires, non nocet illa Venus.  
Nec nos deseruit, quem deseruisse ferebas:  
O quàm non tutum credere, Fama, tibi!  
Vt doceat teneros Musas adamare puellos,  
Impositi à nobis muneris illud habet.  
Prolem cara dabit coniux, ni fallar ab arte,  
Qua patris quondam sit subitura vires.  
Tollas coniugij fœdus, puerumq; magistros,  
Et nobis miles postea nullus erit.  
Ergo agite ò socia molles decerpite flores,  
Cingant Turoid I florida serua caput.  
Dixerat: assurgunt sponso bona multa precantes,  
Et munus peragunt sedulitate suum.

Hos



Hos ego non imiter, Theseo iunctus amore  
Cum fueris dudum, sponse venuste, mihi?  
At dabo quid pauper? pro fertis carmina mittam,  
Factaq; per Musas vota nouabo meis:  
Scilicet in multos tibi det Deus optimus annos,  
Et vita placida, coniugioq; frui.

Epigramma eiusdem.


Auxit ut Augustus pulcra te coniuge, pulcra  
Sic quoq; te Mains postea prole beet.  
Quam doceat genitrix te carum dicere patrem:  
Quam possis carum dicere filiolum.  
Tum primum fiet tibi suavis vita iugalis:  
Tum magis uxori gratus, & illa tibi.  
Hunc, precor, hunc, precibus si cælum flectitur ullis,  
Tam faustum properet, Iuno referre diem.





























9

2065 1-30







Suffragiorum non sine calculo,  
Diuis & ipsis propitius. age  
Mittamus & te prosequamur  
Ominibus placidis euntem.  
Famne expeditus nauita Cimbricam  
Balthen & vda tendit ad Hafnia  
Litus? secundis auspiciato  
Vtere, dum vocat aura, velis.  
Pro te paternâ qui sedet in domo  
Quicumq; fratrum, tergemina alleuant  
Pro te parentes vota. quantâ  
Excipiere redux coronâ  
Congratulantum? detineat caue,  
Te Cimber illex, & licet imperans  
Regnis duobus, CHRISTIANV  
Nec soror unica CHRISTIA

